

2. Non judicandum esse secundum rationis humanæ arbitrium, num proximus noster fide præditus sit, vel non, sed ex fructibus. Nolite itaq; temerè judicare.

Matt. 7.  
Lucæ 6.

V. Concio Christi, de vocatione gentium & Judæorum reprobatione:

*Amen dico vobis, &c.*

V S V S.

1. Judæi rejiciuntur non ex absoluto aliquo Dei decreto, sed propter contemtum verbi divini teste Christo: Ethnici autem recipiuntur propter Christum.

Mat. 21.  
Ephes. I.

2. Liquet etiam ex hoc textu filios regni ejectum iri: sc. si non permanserint in fide.

Rom. II.

VI. Dimissio Centurionis: *Vade, fiat tibi sicut credidisti,*

V S V S.

Nihil impossibile credenti, fides enim nostra est victoria.

1. Joh. 5.

VII. Effectus verborum Christi: *Et sanabatur servus ejus, &c.*

V S V S.

Apparet verba Christi esse spiritum & vitam.

Joh. 6.

DOML